

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

praestare potuerunt: facerent .H. prudentius: si & intelligerent esse aliquam veram: & falsis impugnatis apte pronunciarent eam: quae vera esset ab hominibus non teneri: Sed mouerit eos fortasse illud: quod si qua vera esset religio: exereret se ac uindicaret: nec pateretur esse aliud quicquam: Videre .H. nullo modo poterant: quare aut a quo. & quemadmodum religio vera opprimeretur: quod est diuini sacramenti: & caelestis archani: Id vero nisi doceatur aliquis: scire nullo pacto pōt: Summa rei haec est: Impii & insipientes falsas religiones pro veris habent: Quia neque veram sciunt nec falsam intelligunt: Prudentiores vero: quia veram nesciunt: aut in his: quas falsas esse intelligunt: perseuerant: ut aliquid tenere uideantur: aut omnino nihil colunt: ne incidant in errorem: cum id ipsum maximi sit erroris vitam pecudum sub figura hominis imitari: falsum vero intelligere est quidem sapientiae: sed humanae: ultra hunc gradum procedi ab homine non pōt: Itaque multi phōrum religiones: ut docui substulerunt: Verum autem scire diuinae sapientiae est: Homo autem per se ipsum peruenire ad hanc sciam non pōt: nisi doceatur: Adeo phi quod summum fuit humanae sapie: assequuti sunt: ut intelligerent: quid non sit: Illud assequi nequerunt: ut dicerent: quid sit: Nota Ciceronis vox est: Vtinam tam facile vera inuenire possem: quam falsa conuincere: Quod quia vires humanae conditionis excedit: eius officii facultas nobis attributa est: quibus tradidit deus sciam veritatis cui explicandae quatuor posteriores libri seruient: Nunc interim falsa: ut coepimus detegamus:-

Vox Ciceronis.

.IIII.

Quid igitur maiestatis possunt habere simulacra que fuerunt in homunculi potestate: uel ut aliud fierent: uel ut omnino non fierent: Idcirco apud Oratium priapus ita loquitur: Olim truncus eram ficulnus inutile lignum: cum faber incertus scamnum faceret ue priapum: Maluit esse deum. Deus inde ego furum auiumque maxima formido. Quis non sit tanto hoc custode securus: fures .H. tam stulti sunt: ut priapi tentiginem timeant: cum aues ipse: quas terrore falsis falcis aut inguinis abigi existimant: simulacris fabrefactis. idest hominum plane silibus insidant: nidificent: inquinent: Sed flaccus: ut satyrici carminis scriptor derisit hominum vanitatem: Verum hi: qui faciunt: seriam rem se facere opinantur. Denique poeta maximus homo in caeteris prudens in hoc solo non poetice: sed amiliter desipit: cum in illis emendatissimis libris & fieri hoc iubet: & custos furum atque auium cum falce saligna Hellespontiaci seruet tutela priapi. Adorant ergo mortalia aut a mortalibus facta: frangi .H. cremari. perire possunt: Nam & tectis vetustate labentibus

Audi priapum quis nam deus profitentem.

Tentigo.

Patere o uirgili.